ipse viuere eū credens piter orabat. Postq̄ vero nulla ut solebat suspiria p̄cātis audiuit in flebile osculū ruens. intellexit q̄ etiā cadauer sctī viri deū cui oīa viuūt. officio gest⁹ precaret. Igitur obuoluto ⁊ plato foras corpe. psalmis q̄z ex xp̄iana traditōe cantatis. ꝯtristabat̄ Anthonius q̄ sarculū quo terrā foderet non habebat. Fluctuās vario mētis estu. ⁊ secū multa replicās si ad mōasterium reuertar quadri dui iter est. si hic maneā nichil vltra ꝓficiam. Moriar ḡ vt dignū est. ⁊ iuxta bellatorē tuū christe ruens extremum alitum fundā. Talia eo aīmo voluēte ecce leones duo ex interioris heremi pte concurrētes. volātibus p colla iubis ferebāt. Quibus aspectis p̄mo exhorruit. rursusq̄ ad deum mētem referens. q̄si columbas videret māsit intrepidus. Et illi quidem directo cursu ad cadauer btī senis substiterūt. adulantibusq̄ caudis circa ei⁹ pedes accubuere. fremitu ingenti rugientes ꝓrsus vt intelligeret eos plāgere q̄uo poterant. Deinde haud ꝓcul cepērt humū pedibus scabere. arenāq̄ certatim egerentes. vnius hoīs capacē locum effodere et statī quasi mercedē ꝓ ope postulaturi cū motu auriū ceruice deiecta ad anthonium prexerūt. man⁹ eius pedesq̄ lingētes vt ille animaduerteret bn̄dictiōem eos a se depcari. Nec mora in laudatiōe christi effusus. q̄ eum muta q̄z aīalia sentirēt ait. Domine sine cui⁹ nutu nec foliū arboris defluit. nec vnus passer ad terrā cadit da illis sicut tu scis. Et manu annuēs vt abirent imꝑauit. Cumq̄ illi recessissent sctī corpis oneri seniles curuauit hūeros. et deposito eo in fossam. desup humū cōgregans tumulū ex more ꝯposuit. Postq̄ āt dies illuxerat alia. ne quid pius heres ex intestatis bonis non possiderz. tunicaz ei⁹ sibi vendicauit. quam in sportarū modū d̄ palme folijs sibiip̄e contexuerat. Ac sic ad monasteriū reuersus. discipulis ex ordine cūcta replicauit. diebusq̄ solēnibus pasche vl' pēthecostes semp̄ Pauli tunica vestitus est. Libet in fine opusculi interrogare eos qui patrimōia sua ignorāt qui domos marmoribꝰ vestiunt. qui vno lino villarum insuūt predia. huic seni nudo quid vnq̄ defuerit. Uos ex gēma bibitis. ille vero cauis manibꝰ satisfecit nature. Uos in tunicis aurū texitis. ille nec vilissimi quidem vestri mancipij indumētum habuit. Sz econtrario illi pauꝑculo paradisus patz. vos auratos gehenna suscipiet. Ille christi vestez licet nudus seruauit. vos vestiti sericis. indumētū christi perdidistis. Paulus vilissimo ꝓtus puluere iacet resurrecturus ī gloriam vos operosis saxis sepulcra p̄munt. cum vr̄is opibus fortassis arsuros. Parcite q̄so vos. parcite saltim diuitijs quas amatis. Cur mortuos vestros auratis obuoluitis vestibus? Cur ambitio inter luctus lacrimasq̄ non cessat? An cadauera diuitū nisi in serico putrescere nesciūt? Obsecro quicūq̄ hec legeris. vt Hieronimi peccatoris memineris. cui si dominus optionē daret. mlto magis eligeret tunicā Pauli cum meritis eius. q̄ regum purpuras cum regnis suis.

Finit vita btī Pauli primi heremite

# Incipit prologus

Euagarij p̄sbiteri ad Innocentiū ep̄um in vitā beati Anthonij abbatis.

Presbiter Euagarius Innocencio carissimo filio in dn̄o salutez. ex alia in aliā linguā ad verbum exp̄ssa translatio sensus operit. et veluti letum gramen sata strangulat. Dum eniz casibus ⁊ figuris seruit oratio. q̄d breui poterat indicari s̄mone longo ambitu circumacta vix explicat. Hoc igitur ego vitans. vitam beati Anthonij te petente trāsposui. ita vt nichil desit ex sensu cum aliquid desit ex verbis. Alij sillabas aucupētur ⁊ litteras. tu quere sententiam.